

41
Et cum *AQUILA* inter Solis versetur radios
Desyt Gallicinium. Nec Gallus amplius cantabit.
Exulta igitur Germania venit enim tempus

LVDovicVs MagnVs breVI
flet parVs

M. D. C. LXXXVIII.

Responsum cuiusdam Neutralistæ ad hoc Elogium.

Turpis Adulator contemnit Casaris Hostes
More Triumphantis Casaris arma canens.
Obscurata parum Luna sunt Cornua: Verum
Ut decrescere sic crescere Luna potest.
Par Aquilæ Gallus: timeo ne Casaris ales
Victori Gallo præda cupita cadat.
Pello duos, fateor LEOPOLDUS nomine cantat;
At multum est Hostes Herculis esse duos
Pello Sudo, mihi Leopoldus nomine signat;
Et mox plus doleo vox Leopoldus erit.
Procyce Contemptor Calamum, Gladiumq; capesse,
Ac Patriæ junctis Viribus affer opem.
Tunc primum disces, quid presint Casaris arma,
Quid Gallus, vel quid Turcica Luna queat
Ludere da ludis, condant Anagramma Scholares.
Martis non artis convenit esse Virum.
Si pugnare piget, pro Scriptis Scripta repono
Et melior Vates hæc duo metra fero
Non dum Turca petit submisso poplite Pacem
Germanoq; graVI ReX LVDovicVs erit.